

Feria tertia post Reminiscere

riteamur peccata nostra fidelis et iustus est deus
ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos
ab omni iniquitate. **Sexto** talis calciat se. ecce in-
iuriarum remissio. unde incedens discalciatus statim
sentit spinas. sic impatiens et vindicativus statim
sentit de iniuria sibi facta. sed patiens non curat. ta-
lis est calciatus ut christus qui patienter sustinuit
iniurias. qui cum patere et .i. petri. ii. Qui cum
malediceret non maledicebat et cum patere non com-
minabatur. sic nos calciare debemus et non curare de
vindicta. beatus qui potest dicere non habeo odium
in corde. Unde ad **Eph.** vj. Accipite armaturam
scilicet patientiam dei ut possitis resistere in die malorum
et in omnibus perfecti. state ergo succincti lumbos ve-
stros in veritate id est iusticie et calciați pe-
des in preparatione euangelij pacis. **Septimo**
cingit se. ecce debitorum restitutio quidam volunt
vivere ample et late et de bonis alterius de rapi-
na usura desalaris de bonis ecclesie mortuorum
hospitium etc. Ideo cingatis vos cingendo zo-
na iusticie et mutetis statum quem tenetis minuendo
excessum et ornamenta vana. Ideo scriptura ad
Rhoma. xij. Reddite omnibus debita. cui tribu-
tum tributum. cui vectigal vectigal. cui timorem ti-
morem. cui honorem honorem. Remini quicquid de
beatis nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit
primum legem implevit. Nam non adulterabis.
non occides. non furaberis. non falsum testimonium
dices. non concupisces. et si quod est aliud in illo verbo
restaurat. diliges primum sicut te ipsum etc. Sint
lumbi vestri percincti. id est valde cincti. et lucerne
ardentes. i. bona opera in manibus. **Octavo** p-
sona honesta lauat manus. Ecce elemosynarum
largitio. quia elemosyna lauat faciem anime quam fit
de bono iusto. **Luc.** xj. Quod superest date elemo-
synam. et ecce omnia munda sunt vobis. Nota quomodo
christus postquam predicauerat respiciebat si aliquis
inuitaret eum ad prandium et circumspicit omnibus.
glosa. si aliquis eum inuitaret quia voluit esse pau-
per. Et semel quidam malus homo ipsum inui-
tauit et multos alios phariseos inimicos christi cogi-
tans quod comedendo christus diceret aliquod ma-
lum verbum ut accusaret. sed non est consilium con-
tra dominum qui volens eum corrigere dicit. vos pha-
risei quod deforis est calicis et catini mundatis. quod
autem intus est vestrum plenum est rapina et iniquita-
te. stulti nomine qui fecit quod deforis est. etiam quod
deintus est fecit. verum quod superest date elemo-
synam. et ecce omnia munda sunt vobis **Lu.** xj. Non
vos pharisei ut cognosceret quod ipse sciebat corda
et cognosceret. et hoc dixit. quia in corde odibant
christum et ad extra ostendebant sibi amicitiam. Non
quod superest dupliciter. Primo quod superest facta refe-
ctione. Nichil habetis bonum consilium. si tenetis vultus
qui iuistis aliquid de bonis iniuste. facite medium
in capsula et illud de bono iusto ponatis in dextera
aliud vero ad sinistram. quia licet modo statim non

habeatis propositum emendandi vel restituendi
paulatim tamen quando videbitis distinctionem pecu-
niarum compungentium in corde ut restituatis. etc.
Item quando volueritis facere elemosynam non faciatis
de sinistra iniusta que est in capsula. quia nullum ha-
beretis meritum. sed peccatum. xliij. q. v. Forte. sed
de illo quod est in dextera. et hoc dicit christus.
Matth. vj. nesciat sinistra tua quid faciat dexte-
ra tua. Non loquitur de manu. quia nullam habet
scientiam. Ideo **Tob.** iij. Ex substantia tua fac
elemosynam non de aliena. Secundo quod superest
scilicet recepta necessitate et retenta quod superest de vi-
no pane etc. non referuare in capsula nec dare cani-
bus sed dare pauperibus. Idem de indumentis quod
superest retenta necessitate in elemosynam et omnia
munda sunt vobis. s. manum et facies sanie. ergo surge
vade in serepta etc.

Feria tertia post dominicam secundam
quadragesime. Sermo secundus

Quoniam maior est ve-
strum erit minister vester. originaliter
Matth. xxij. Et recitatur in euange-
lio hodierno. Sicut enim totum quod
est in euangelio est morale. Ita christus intendit a no-
bis extirpare et reprobare.

- Primo reprobatur inobedientiam
- Secundo vanam gloriam
- Tertio arrogantiam
- Quarto excellentiam

Hec magna sunt et offensiva diuine maiestatis.
de quarto et ultimo quod est quando creatura se
extollit propter bona temporalia. loquitur nostrum the-
ma. s. qui maior est vestrum. s. in nobis a deo sibi da-
tis erit minister vester. Veniamus ergo ad prima-
m partem in qua christus reprobatur et vitatur peccatum
inobedientie quod est quando minores maiori-
bus non obediunt. nec filij parentibus. nec vasalli
dominis. nec populus prelati ecclesie. Contra
istos dicit christus in principio euangelij loquens
populo et discipulis dicens. isto modo locutus est
iesus ad turbas et ad discipulos suos dicens. Su-
per cathedram Moysi sedebunt scribe et phari-
sei. Omnia ergo quecumque dixerint vobis seruate
et facite. Secundum vero opera eorum nolite facere. Di-
cunt enim et non faciunt. alligant enim opera importa-
bilia et imponunt in humeros hominum digito autem
suo nolunt ea mouere. Et per declarationem istorum
sciatis quod populus communis attendens quod recto-
res communitatis et sacerdotes erant male vite no-
torie retrahabant se ab eorum obedientia et negli-
gebant eorum mandata et ordinationes. propter hoc
primo ostendit quod licet domini et prelati sint mali. ta-
men subditi tenentur eis obedire nisi precipere
aliquid quod esset contra deum. et ideo dicit. super
cathedram etc. Videatis scribe possunt dici et hoc
propter officium scribendi. nam scribunt isti tales

Reddite vobis

Sed nō sic hic accipit. sed dicit scriba a noticia scripture. quia isti tales habent noticiam scripturā diuinalium veluti sunt doctores. Pharisei erant rectores. Et dicit a phares quod ē diuisio et in vestitu et in victu. et isti regebant populū q̄ ecclesiastici appellabant. quia curam habebāt de ecclesijs. Et isti tales erāt vitiosi et male vite. Nō negligebant subditi. Et iesus xp̄us istos reprobat. nā postq̄ isti sederunt in cathedra Moysi. id est in officio regiminis secularis vel prelatis ecclesiasticis quā habebat Moyses. negligebant gregem sibi cōmissum. Et de istis dicit xp̄s q̄ quātūcūq̄ mali sint eis obediendū ē. videte qz duas doctrinas posuit. Prima quia omnia quecūq̄ dixerint vobis seruate et facite. nō p̄pterea intelligatis q̄ eorū factis vos assimilētis. et ideo addit secūda doctrina cū dicit. In opa eorū nolite facere. dicunt et nō faciūt alligant onera grauias magnas tallias et magnas collectas populo. et ipsi nolūt illas portare nec digito mouere. Et hoc nō obstante eis obedite. Et circa hoc quero duas questioēs. Prima ē ex pte populi. diceret populus. Nūquid nos erimus sic oppressi et onerati quia rectores nos ita cōpūmūt et ipsi nihil faciūt Respōsio q̄ mal' onus portāt ipsi q̄ vos. vide te quia magnū est eorū pond'. In p̄ncipio regiminis eorū ipsi iurāt bñ regere et administrare re publicam. si forte faciunt cōtrariū plus peccant q̄ si facerent homicidiū. Et istā opinionem tenet sanct' Tho. Nam forti' est frangere iuramētū q̄ facere homicidiū. Periuriū em̄ vt dicit sanctus Tho. in quolibeto. j. q. ix. ar. ij. ē grauis q̄ homicidiū et tenet locus scdm̄ peccatorū post idolatriam. Cui' rōnem bñs Tho. vbi supra ostendit. Nec imerito. quia piurarenomen dei videt quedā diuini nominis denegatio. Unde et apud gentiles iusuanduzerat honoratissimū. vt dicit in p̄ncipio methaphisice. Et licet in h' mūdo durius puniat homicidiū piuro. secus tñ in alio seculo. vt dicit sanct' Tho. vbi supra in solutione argumenti in oppositū. nam acius puniet quis frangendo iuramentū q̄ cōmittendo homicidiū Et vide quia si faciens cōtra simplex iuramentū plus peccat q̄ si occidat q̄to plus si cōtra solēne iuramentum quod faciunt ipsi rectores. Et ita si post iuramentū faciunt oppositū. s. cōmunitatem defraudando. pecunias recipiēdo. v' indignos pmouendo semp peccant mortaliter. Et promitto vobis q̄ si scirent onera qm̄ eligunt fugerēt d' villa vel ciuitate. Ideo beatus Aug'. dicit. q̄ q̄to in gradu supiori tanto versat in maiori periculo. Et dico vobis q̄ sancti patres tremebant et timebant de sua sola anima de dando cōpotū deo in die iudicij. Ideo dicit Sapient. vj. Horrede et cito apparebit vobis qm̄ iudicij durissimū his q̄ presunt fiet. Exiguo em̄ concedit misericordia. potentes aut potenter tormēta patient. Nō em̄

subtrahet psonam cuiusq̄ deus qui est omnium dñator. nec verebit magnitudinē cuiusq̄. qm̄ pusillum et magnū ipse fecit. et equaliter est illi cura de omnibus. Fortiorib' aut fortior instat cruciatio. Idē ad Heb. x. Horrendū est incidere in manus dei viuētis. Rememoramini autē pristinos dies in quib' illuminati magnū certamē sustinistis passionū. et in altero quidē opprobrijs et tribulationibus spectaculū facti. in altero autē socij taliter cōuersantiū effecti. Nam et vincitis cōpassi estis et rapinā bonorū vestrorū cum gaudio suscepistis cognoscētes vos habere meliorē et manentem substantiam. nolite itaqz amittere confidentiā vestrā que magnā habet remunerationē. patientia em̄ vobis necessaria est. vt voluntatē dei faciētes reportetis pmissionē rē. Dicitur em̄ iudicij durissimum in gradu suplatiuo. Nā creature iudicij dei est durū. quia ibi de opationibus et cogitationibus habemus reddere compotū et rōnē Ideo dicit Matih. xij. Dico aut vobis qm̄ omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines reddent rōnē d' eo in die nouissimo. Et vbi ociosus fm̄ Regl. est q̄ aut rōne iuste necessitatis aut intentione pie vtilitatis caret de quo reddet ratio Sed durū iudicij erit verbū ociosum cui libet q̄ habet regimen vt mulieris quō illam dilexit quō filios instruxit et seruos. qualiter soluit salarium sibi seruientibus. durū est deo solo reddere rōnē Et q̄to sunt potentiores tanto durissimū est illis iudicij. Jam ergo dixit. licet mali sint. sitis ergo obedientes. Et ideo dicit. Omnis anima potestatibus et sublimitatibus subita sit. ad Rom. xij. Dicit potestatibus. intelligatis ecclesiasticis v' etiā secularibus. Nam dei ordinatiōi resistit qui potestati resistit. Sitis ergo obedientes Dicit ali quis. Forte loquit de bonis. Rñsio q̄ nō ē verum Nam dicit et hoc. j. Pet. ij. vbi textus. Subiecti igit estote omni humane creature ppter deum siue regi quasi precellenti siue ducibus tanqz ab eo missis ad vindictam malorū laudē vero bonorū. qz sic est volūtas dei. Ibidē. Seruis bñi esto te in omni timore. dñs non tantum bonis sed etiam discolis rē. Et ideo tantomagis debet reuerentiam populus meliorib' et bonis impendere prelatis et rectoribus. si etiā infidelibus et discol' impendere tenet. vt Petrus vbi supra dicit. Et populus quādo ista videt nō debet murmurare sed eorum laboribus misereri. Secūdo quero Si hi plati suis ordinationibus me vellent remouere a deo aut a gratia dei an sit faciendū vel ab officio diuino. Nunquid teneor obedire. Solutio in primo casu nō est obediendum eis. qz obedire oportet magis deo q̄ hominib'. Act. v. ppter hoc fuerunt sancti martyres occisi. quia nolēbant obedire contra pcepta dei Secūdo dico q̄ si ecclesiastici vel officiales volunt te elongare a diuinis officijs sic q̄ nō intersis diuinis officijs

de vbo ocioso.

q̄to

Feria tertia post Reminiscere

et h[ab]e faciunt pp[ro]p[ter] iniam excōmunicatiōis noiatim vel generaliter tunc obedire debes. quia illud est in penam et nō seruantes sunt damnati. et peccat q̄ mortaliter. eo quia nō est sepat[us] a gratia dei sed ab officio imo peccat mortaliter. etiā generaliter excōmunicatus si missam audit. quia iam eiect[us] ē ab ecclesia sentētia excōmunicationis. xj. q. iij. Omnis. vbi dicit. Omnis christianus qui a sacerdotibus excōmunicat sathane tradit[ur] et c. que sequitur. Plus etiam dico q̄ si p[re]byter portat custodiam p[ro] ciuitatem ad cōmunicandum aliquem debes stare flexis genibus et plorando et non debes custodiā respicere. Videte ergo et seruate q̄ vobis p[re]cipiūt. idō debes laborare vt absoluaris Videte hic quoddam miraculū et contigit in delphinatu. Erat ibi quidā latro et vna die intrauit ecclesiam quādam p[re]textu et cōtemplatione faciē dī orationem et respexit hinc et inde si posset aliquid furari et nō vidit nisi vnū breuiariū sup[er] altare et videns q̄ ibi non erat aliquis. illud secum asportauit. Vicarius videns q̄ breuiariū sibi deficiebat p[er]quisiuit cum alijs furem illuz et fur qui erat p[er]cul videns illos venientes posuit breuiarium in foramen cuiusdam arboris et postea negauit se librū accepisse. Tunc reuersi ad locum. vicarius habuit litteram et sententiā excōmunicatiōis et dixit. q̄ qui teneret breuiariū infra spatiū trium dierū redderet suo dño. als incurreret sententiā excōmunicatiōis. Et post elapsis illis tribus diebus contigit q̄ arbor illa mortua fuit gentes aut videntes hoc fuerunt mirate valde et querētes vnde illud venerat inuenerūt ibi breuiarium. Videte quō potest viuere creatura si arbor non potuit viuere. Cauete ergo. Sed circa hoc dicunt aliqui q̄ excōmunicatio nō comedit panem nec bibit vinū. Et ideo dicit cōtra tales. si ecclesiam nō audierit sit tibi sic ethnicus et publicanus. Matth. xvij. Nota etiam hic cōtra illos qui excōmunicant in vna ecclesia et vadunt audire in alia vel in monasterio. hi em̄ peccant et inobedientiam incurrunt. Venio ad scōdam p[ar]tem in qua christus reprobat vanam gloriā hoc est peccatum vane glorie. Nam vermis ē et ventus et ponit se ibi sicut in pomo vel in malopunico. Nam extra apparet bonum intus vero nihil valet. quia a verme comestū est. Sic est de illo q̄ bonus apparet sed intus habet vanam gloriā nihil valet. Et contra illam dixit christ[us]. omnia opa sua faciunt vt videant[ur] ab hominibus dilatāt em̄ philateria sua et magnificant fimbrias. amāt aut primos recubitus in cenis et primas cathedras in synagogis et vocari ab hominibus rabbi. vbi ponit christus septem gradus vane glorie in quib[us] erant inuoluti. primo in corde qui si fecerunt aliquid opus de genere bonozū. tamē intentio eorum fuit mala. quia fecerunt hoc vt viderentur ab hominibus. Ideo dicit p[ro]uerb. iij. Omnis

custodia serua cor tuum. quia ex ipso vita procedit si bñ custoditur als mors. Sed illi nō custodiant cor immo vbi confluebat populus ibi orabant cum suspirijs vt viderent et laudarent ab hominibus. Cōtra hoc christus christianis. Tu cum oraueris intra cubiculum tuuz. Matth. vj. Idem faciebāt de elemosyna. Nam illi ambulabant p[ro] ciuitatem p[re]cone p[re]cedente cum tuba dicēdo. talis dñs vult facere elemosynam vadat ad domū suā. et sic de alijs bonis opibus. Contra h[oc] christus. Cū facis elemosynam noli ante te tuba canere. Matth. vj. // Secund[us] punctus est q̄ dilatant philateria sua. quia exemplant se. Unde dixit dñs Moyse dans sibi p[re]ceptum. Deut. xj. Ponite hec v[er]ba mea in cordib[us] et in animis v[est]ris et suspendite ea p[ro] signo in manibus et inter oculos v[est]ros collocate. s. contemplando. Ita intendebat deus. Sicut deus dedit manibus decē digitos ad opandū. ita dedit decē p[re]cepta ad meritorie opandū. Sed illi iudei scribebant illa in quolibet digito vnū. vt gentes illos laudarent et gentes ideo osculabant eis manus. Nota in auctoritate p[re]dicta dicit. Inter oculos v[est]ros collocate hoc intelligebat deus de oculis anime quibus contemplanda sunt diuina p[re]cepta. Sz ipsi scribebant ea in cartis de littera grossa que dicuntur philateria. Et ideo dicitur philateria a philaxe quod est seruare. et isto modo laudabantur. et sic dicunt illa dilatare. et sic non solum intus habebant vanā gloriā sed etiā extra. Terc[us] punctus est quia magnificabant fimbrias. vñ dixit deus Moyse. Num. xv. circa finem Loquē filijs isrl et dices ad eos vt faciāt sibi fimbrias p[ro] angulos palliozū ponentes in eis vittas iacintas ad quattuor p[ar]tes vestis. et ex hoc p[re]cepto legis has fimbrias etiam portabat christus. Et id dicebat mulier. Si tetigero fimbriā vestimēti sui salua ero. Matth. ix. Iudei xō dilatabāt philateria p[ro]pter vanā gloriā et magnificabāt fimbrias suas. Nota deus voluit illas aponi et fecit aponi vt denotarēt decem p[re]cepta in q̄b[us] alia omnia cōtinent. Solebat etiā de[us] q̄ iudei portarēt illas quattuor fimbrias ad innuendū q̄ oia p[re]cepta dei et ordinationes cōsistunt in quattuor. scz circa deum p[ro] deuotionē et fidelitatem. circa primū p[ro] dilectionem et charitatē. circa p[ro]speritatem p[ro] tempantia. circa aduersitatē p[ro] patientiam. Illi aut hypocrite magnificabant fimbrias suas laticas siue nimis amplas faciendo. Quart[us] punctus est q̄ amabant p[ro]mos recubitus in cenis et c. sicut qñ hūt nuptie duplici rōne. Primo rōne supbie quia est locus honorabilior. Secōdo rōne gule. q̄ ibi ponebāt fercula meliora. et ita amabāt p[ro]mos recubitus. Dicentes etiā q̄ in cōuiujs nō debebant respicere genus sed deuotionē ad dandum honorabiliozem locum. Quintus punctus est habere primas cathedras in synagogis dicēdo.

Amid[us] de excōmunicatiōe et c.

ibi debent sedere diuini seu sanctiores vt ipis illis
 cōtingeret ¶ Sextus pūctus est salutatiōis in fo-
 ro. p̄mo incipiētes salutare vt salutent. ¶ Septi-
 mus est vocari ab hominibus rabbi vt nō nomi-
 nent nomine suo pprio sed nomine rabbi. i. ma-
 gistri. Cōtra hoc auisat nos christ' dī. Vos autē
 nolite vocari rabbi vnus ē enī magister vester.
 Matth. xxiij. Desiderare scientiā ad actū docē-
 di nō est peccatū sed meritorium. sed desiderare
 nomen tm̄ est peccatū. Ecce septem vanas glori-
 as. Modo est questio sup hoc quod dicit. Om-
 nia opa sua faciunt vt videant. vtrū facere bona
 opa ad visum hominū siue publice que possent
 secrete fieri sit peccatum? videt q̄ sic vt hic dicitur.
 Nota p responsione q̄ p̄sone sunt in duplici
 gradu siue differētia. Alique sunt p̄sone simpli-
 vite z que sibi solum habēt puidere z nō est ne-
 cessarium vt publicent. Et de his Hiero. in plo-
 go biblie dicit q̄ sancta rusticitas solū sibi pdest
 zc. Scdo aliq̄e sunt p̄sone que a deo sunt transf-
 misse nō solū sua purgantes peccata sed alijs dā-
 tes doctrinā que habent alios instruere verboz
 exemplo. tales nō debēt abscondere bona opa s̄
 publicare z manifestare in exemplū aliorū. Naz-
 cito z bñ cito erit pluz antichristi z sunt anni q̄n
 decim quib' sum missus dando doctrinā in pu-
 blicum z nunq̄ dixi alicui sequere me z multi vo-
 lentibus me sequi obijciebam. z finaliter videns
 ordinationē z q̄ faciebant penitentiā sustineo et
 sustinui. Sed etiā aliqui faciunt questionē dicen-
 tes. quare vadunt mulieres. quia de' dat exem-
 plum alijs mulieribus. Ita de pueris. Nam le-
 gitur Jone. iij. Infantes lactātes z omnes alijs ie-
 iunabant. nō cognoscitis ergo dei mysteriū. Ec-
 ce ergo publicare bona opa est meritorium. Jdo
 dicit Matth. v. Sic luceat lux vestra corā hoī-
 bus vt videāt vestra opa bona z glorificent pa-
 trem vestrū qui in celis est. Videte secretū. Naz
 nunq̄ christ' phibuit nec reperiēs autoritatem
 que phibeat bona opa manifestari. sed phibet
 ne faciens querat videri ab hominib'. Et idō di-
 citur in alio loco circa finem illi' capituli. Attēdi-
 te ne iusticiam vestrā faciatis corāz hominib' vt
 videamini ab eis. Alioq̄n mercedē nō habebitis
 apud p̄rem vestrū qui in celis est. videte bene vt
 opa videant nō vos. Jdo in euāgelio hodierno
 dicit. vt ipsi videant ab hominib'. Sed isti no-
 stre societatis nō vident nec cognoscunt. q̄n vi-
 dent opa bona. Et ecce hic scdam ptē ¶ Venio
 ad tertiā ptem in qua christus reprobat z vetat
 arrogantiam z est q̄n creatura attribuit sibi qd nō
 fecit. vt si doctor aliquis subscriberet se in libro
 quē ipse nō scripsit. Nā illud dicit peccatū arro-
 gantie. Et hoc dum dicit. vos autē nolite vocari
 rabbi. vn' ē enī magister vester vos autē fratres
 estis. Et p̄rem nolite vocare vobis sup terram.
 vnus est enī pater vester qui in celis est. nec voce

mini magistri. qz magister vester vn' est christ'.
 Hic nota q̄ hoc peccatū vetat. quia duo p̄tinet.
 magisteriū z paternitatē que deo tm̄ competunt
 Nam pprie ille dicit magister qui auditiōis con-
 scientiā illuminat. z quis pōt hoc nisi deus. Do-
 ctor vel p̄dicator ergo solum recitat. nō est ḡ ma-
 gister. quia sol' deus est qui cōscientiā infundit
 siue qui illuminat. Et ideo dicit in ps. deus vlti-
 onum. ibi. Qui docet hominē scientiā. Et iō Gre-
 gorius dicit. Inuanū exterius laborat lingua p̄-
 dicatoris nisi intus fuerit gratia saluatoris. Et
 ideo videatis nō vocet vos magistros qz ibi est
 peccatū infidelitatis. videte exemplū in medico.
 Nam medic' curat z nō sanat. curat dando me-
 dicinā sed deus sanat. Nā medicus est instrumē-
 tum. medicina dispositio est. sed sanitatē sol' de'
 dat. Et si nunc quis cōuertit quis eū curat. Nū-
 quid ego qui p̄dico. Dicendū q̄ nō nisi instrumē-
 taliter. sed de'. quia nō tango vuln' ipsius z qui
 nō tangit nō agit sed deus tangit. imo dico vob'
 q̄ ignis nō possit stupā vtere sine manu dei. Jdo
 dicit in ps. cij. Qui ppitiat omib' iniquitatib'
 tuis. Qui sanat omēs infirmitates tuas zc. Ma-
 gna ergo infirmitas est ignorantia. scientiā ḡ do-
 cens est christus. z bis reiterat euāgelii ad de-
 notandū duobus modis haberi scientiā. Prim'
 modus est inuentione. Scds est reuelatiōe. Jdo
 dicit ad Rhoma. j. Deus enī illis manifest auit.
 Inuisibilia enī ipsius a creatura mūdi p ea q̄ fa-
 cta sunt intellecta conspiciūt. sempiterna quoq̄
 eius v̄tus z diuinitas. ita vt sint excusabiles. Qu-
 cum cognouissent deum nō sicut deū glorificau-
 erunt aut gratias egerunt. sed euauerunt in cogi-
 tationibus suis z obscuratū est insipiens cor eo-
 rum. Dicētes enī zc. Et ideo beatus Aug'. In
 celo ca thedraz tenet qui corda docet. ergo alijs re-
 petitores sunt nō doctores. z hoc de magisterio.
 Sic dicamus de paternitate. z vide quia qui ge-
 nuit abusiue est pater tuus. ratio. Nā quid facit
 in te. modicū z turpe z rem transeuntē z modicā
 Sed q̄s format oculos tuos z omnia alia mēbra ī
 ventre matris tue nisi deus. Sicut fabricando te
 cam nō ferra nec axa facit tecam. z sic deus facit
 imediate z nō natura. quia improprie diceret se-
 curis vel ferra fecit capsam sed faber lignari' fe-
 cit ipsam. Et sic natura nō est nisi instrumentum
 sed deus est ille qui totum facit. Et licet moriat
 de pua statura resurget tm̄ tante stature sicut vn'
 magnus homo. z ideo Job. Manus tue dñe fe-
 cerūt me z plasinauerūt zc. Job. x. Idem. Esa.
 Dñe tu es pater noster z abraam nesciuit nos. z
 israhel ignorauit nos. Tu dñe pater n̄ redēptor
 noster. Esa. lxij. Videte cōtra vos qui nos ap-
 pellatis mgros in theologia z in legib'. erit ma-
 lefactum. quare z dico q̄ solus deus pprie ē pa-
 ter z magister z doctor ex omibus p̄dictis. sz cō-
 suetudinarie z instrumentaliter nō reprobat q̄n

Feria tertia post Reminiscere

Iuxta modum loquēdi cōsuetū etiā aliī p̄ter deū
possint vocari ⁊ dici p̄ses doctores ⁊ mgr̄i mini-
sterialiter ⁊ denominatiue. Et ita vocauit se apo-
stolus. ij. ad Timoth. j. Positus sum ego p̄redi-
cator ⁊ ap̄lus ⁊ magister gentiū. etiā. j. ad Cor.
iij. Et filios charissimos moneo. Nam si decem
milia pedagogorū habeatis in xp̄o sed nō mltos
p̄ses. Nam in xp̄o iesu p̄ euāgelium ego vos ge-
nui. Rogo ḡ vos imitatores mei estote sic ⁊ ego
xp̄i rē. Nō em̄ faciebat contra xp̄m. q̄ fm̄ con-
suetudinē. Sed esset arrogātia si effectū scientie
attribueret mgr̄o. Nam in ps. lxxxj. De' stetit i
synagoga deorū rē. Ego dixi dñs estis ⁊ filij excel-
si om̄es. videte denominationē. dñs dicunt boni
viri. Ita hoc modo dicit mgr̄. Et ecce tertiū. nō
em̄ vos estis qui loquimini. sed sp̄s sc̄s qui loq̄-
tur in vobis. Matth. x. Sequit̄ quarta ps in q̄
christus reprobat ⁊ vetat excellentiā. Nam excel-
lentia est glorificari ⁊ sup̄bire de eo qd̄ q̄s habet
⁊ hoc reprobat in textu vbi dicit. Qui maior est
vestrū erit minister vester. Et q̄ se exaltat humi-
liabit. ⁊ qui se humiliat exaltabit. Et circa h̄ vi-
dete. Nemo debet se in altum extollere neq̄ d̄ sci-
entia neq̄ de diuitijs. neq̄ de genere neq̄ aliq̄ ḡ-
tia temporalī. ⁊ quare data est tibi ḡra talis. Nō
vt te extollas in altum. sed vt alijs ostēdas. Nō
p̄pter vanitatē. sed p̄pter vtilitatē proximorū.
Sed que est rō quare multi magistrī ⁊ doctores
efficiunt̄ ignorātes. quia p̄ponunt in eorū anio
postq̄ habent gradū quiescere ⁊ nihil laborare.
Nam postq̄ habes gradū ⁊ scientiā debes alios
docere. Qui est ergo maior inter vos fiat minor.
Idem dicendū est de similib'. Et ideo dicit̄ Mat.
xx. Autcūq̄ inter vos voluerit maior fieri sit ve-
ster minister. Et quicūq̄ voluerit inter vos pri-
mus esse erit vester seru'. exēplo iesu qui maior
est venit ministrare ⁊ nō ministrari. Nam qui se
humiliat exaltabit. Et vide hic secretū in q̄ mise-
ricordia diuina cōstituit maioritatē celi hic in re-
quā quilibet pōt habere. s. in humilitate. Nam si
es in diuitijs noli vitupare paupes. Si in dñio
nō seruos. nā maiores plus se debent humiliare
Si em̄ quis portat piscem pondere nō humiliat
vel curuat. sed qui portat p̄ciosam tecā grandē
auro onustam ⁊ magnū pondus. Magni ḡ ma-
iorem humilitatē debent habere. Et videte histo-
riam que recitatur a tribus euāgelistis. Primo
Matth. xvij. Secdo Marci. ix. Tertio Lu. xx
ij. Isti tres dicūt q̄ semel iesus christus ambulā-
tū suis ap̄lis p̄ viam ip̄e p̄m' post veniebāt apo-
stoli ⁊ ceperunt cōtendere. ⁊ h̄ fm̄ Lucā. q̄ dicit
vbi supra. quia nō cōcordabāt. Marcus dicit q̄
disputabant. ⁊ sic contendebant. quia nō conue-
niebant. Si ḡo disputabant faciebant rōnes. Vi-
dit em̄ Marcus. ix. c. q̄ in via inter se disputaue-
runt quis eorū maior eēt. Isti ḡ mouerunt que-
stionem. Primo Petrus dixit. Quid cōtenditis

inter vos. iam conclusum ⁊ decisus est q̄ ego. q̄
iam christus mihi p̄misit maioritatē vicariatus
q̄ sim caput cū dixit. Tu vocaberis cephas. qd̄
interpretat caput. Secdo dicebat b̄tis Andreas
apostolus. Quid dicis Petre q̄ tu er' maior imo
ego ero maior. ⁊ ratio est. quia iesus xp̄us salua-
tor mūdi ⁊ totius generis humani. p̄mo vocauit
me. ḡ nō fiet ratio. Tertio dicebat sanct' Johan-
nes euangelista. quid dicitis vos q̄ vos eritis ma-
iores. imo certe ego ero maior. Nā ego sum ḡgo
⁊ vos habuistis vxores ⁊ estis carnales. ⁊ ḡgi-
nitas placet multū deo. Item venit alius. s. sc̄s
Iacobus maior ⁊ dixit. Quid dicis tu Johan-
nes q̄ eris maior. certe nō eris. Ratio. nā ego sū
p̄mogenitus. ergo ego ero p̄mus in paradiso. Itē
dixerunt Iacobus minor Thateus ⁊ Symon.
Quid dicitis vos q̄ eritis maiores. certe nō erit
verū. imo nos. Nā sumus nepotes ex prima so-
rore Marie virginis. Ideo erim' maiores. Itē
venit sanctus Mattheus dicens. Quid dicitis
vos om̄es q̄ eritis maiores. nō credatis. Et qd̄ fe-
cistis vos p̄ christo. tu Petre dimisisti nauē tor-
quatam ⁊ retia fracta. ⁊ ego dimisi plures pecu-
nias ⁊ multa alia bona temporalia. Nō ē ḡ fienda
questio vltra. ergo ego ero maior. Itē venit sc̄s
Philippus dicens. Ego ero maior. Nam ego fui
p̄mus apostolus quē xp̄s ore p̄prio vocauit dī.
Veni sequere me Joh. j. ergo nō est questio fienda
vltorius. Venit sanctus Bartholome' a tace-
atis. Nū sum ego de genere regio. ego ero ḡ pri-
mus qui sum magi generosus. Deinde venit san-
ctus Thomas dicens. Quid dicitis vos ⁊ non
sum ego doctor ⁊ iā vocor Thomas. i. abyssus
scientie ⁊ vos estis om̄es rudes ⁊ grossi. Nunq̄
didicistis l̄ras. tacete. In posterum venit Judas
scarioth dicens. Et nōne ego sum p̄curator om̄-
nium ⁊ ex manibus meis habetis viuere. Itē est
mihi subditi. certe ego ero maior. Ita in infer-
no christus pandebat fingens se nō audire eorū
disputationem. Et post venientes ad domū dicit
Marcus. q̄ iesus interrogauit illos dicens. Et
quid tractabatis in via. veniētes aut̄ tacebant q̄
verecūdabant̄ dicere xp̄o stulticias eorū. Dicit
Mattheus. Accesserūt discipuli dicētes. Quis
putas erit maior in regno celorū rē. Matth. xv
iij. Dixit christus bona questio est ista ⁊ meli-
or q̄ illa. Quis erit maior in ista vita siue societa-
te vel ciuitate. Et dixit iesus. Quid ergo fuit cō-
clusum. ⁊ quilibet habebat verecūdā ⁊ tacebāt.
Et dixit primo Petro. Dicit q̄ tu er' maior. q̄
prelatus ⁊ caput. ⁊ nunquid lucifer fuit prelatus
⁊ caput aliorū ⁊ est damnatus. ⁊ tu Andrea di-
cis. quia primus. ⁊ nunquid audiuit a me. Erūt
p̄mi nouissimi ⁊ nouissimi p̄mi rē. Matth. xx.
⁊ tu Johannes dicis. ego ero maior p̄pter vir-
ginitatem. vide quia Adam erat virgo quando
fuit expulsus de paradiso terrestri. ⁊ sic de alijs.

Dicit ergo **M**attheus. aduocans iesus puulū determinans iesus christus dñs noster questio / nem statuit puulum in medio. Dicit aliqui q̄ fu it sanctus **M**arcialis. tñ nō bene scif. ⁊ dixit Je / sus eis. Qui cūq; se humiliauerit sicut iste puul⁹ quia de se nullā habeat p̄sumptionē. hic maior ē in regno celozū. Nā iste puulus nō se extollebat ergo exaltabit. btūs **P**etrus audiēs hāc detēmi nationē ait **H**umiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet. **J. Petri. v.**

Sermo p̄mus feria q̄rta post dñicam scđam .xl.

Quicumq; volue

rit inter vos maior fieri sit vester mini ster. **M**atth. xx. Sermo erit de san cto euāgelio quod cōtinet multa secreta specula tiua. pro intellectu illuminatione. ⁊ moralia pro vite reformatione. Sed p̄mo salute virginem **M**ariā rē. Quicūq; rē. **P**ro introductione sci endum q̄ ad saluationē homis tria concurrunt necessaria. s. ordinatio dei eternalis. passio **J**esu xp̄i temporalis. subiectio creature virtualis. **H**oc pōt declarari p̄ talem similitudinē. cōmuniter in quolibet ope tria necessaria sunt. s. causa agens. scđo instrumentū. tertio materia siue subiectum. **V**erbi grā. In scriptura scriptor est cā agens si ue notarius. instrumentū est calamus. materia est p̄gamēnū vel papirū. Sic in saluationē nra cā agēs est ordiatio diuina sine qua nihil fieret. **D**a uid in ps̄. **E**duxit me in latitudinē saluum me fe cit qm̄ voluit me. **N**ota eduxit me in latitudinē scz intellect⁹ ad credēdū omēs fidei veritates ca tholice. ⁊ volūtatis ad diligendū omēs generali ter nō solū amicos sed etiā inimicos. **I**tē in lati tudinem oris ⁊ man⁹ rē. **I**nstrumētū nre saluati onis est passio xp̄i. sine quo instrumēto nunq̄ ali quis fuisset saluatus nec erit. licet de⁹ sine instru mento potuisset saluare homies tñ voluit h̄re h̄ instrumentū **J**do christus. **A**men amen dico vo bis nisi granū frumenti cadens in terraz mortuū fuit ipm̄ solū manet. **S**i aut̄ mortuū fuerit multū fructū affert. **J**oh. xij. **T**ertio requirif dispositio materialis. s. q̄ homo se subijciat diuinis p̄cepti obediendo. **E**t si homo fecerit cōtra diuina p̄ce pta requirif q̄ homo subijciat se opibus penitē tie. sic em̄ subijctif homo voluntati dei virtualit̄. **H**ec tria ostendunt̄ in euāgelio hodierno in quo p̄mo ponit instrumentū. s. passionē xp̄i. **S**ecun do dicit ordinationē. **T**ertio creature subiectio nem tanq̄ materiā vel subiectū. **E**t de ista subie ctione virtuali dicit thema. **Q**uicūq; **P**ro p̄mo q̄ sanctū euangelii hodiernū loquit̄ de cau sa instrumētali nostre saluationis. s. de xp̄i passi one in p̄ncipio di. **A**scendēs iesus hierosolymaz assumpsit duodecim discipulos suos secreto ⁊ ait

illis. **E**cce ascēdim⁹ hierosolymā ⁊ fili⁹ hois tra det̄ p̄ncipibus sacerdotū ⁊ scribis ⁊ p̄demabūt eū morte. ⁊ tradent eū gentib⁹ ad illudendū ⁊ fla gellandū ⁊ tertia die resurget. vbi ponit octo de passione xp̄i ad lram̄ que ad aliā diē p̄tinēt sed i tremus secreta. **I**n his octo que christus secre te dixit discipulis suis ostendunt̄ octo opa peni tentie. **P**rimū ibi. **A**ssumpsit duodecim discipu los suos rē. **E**cce hic peccatorū contritio. q̄ diu homo viuit in peccatis ē discipul⁹ diaboli. q̄daz in scola supbie quidā in scola auaricie. quidā lu xurie. **S**ed qm̄ hō cōterif de peccatis efficitur di scipul⁹ christi in scola penitētie in qua legit xp̄s. talis dicit venire de scola diaboli ad scolā christi qd̄ sit secreta. quia cōtritio consistit secreta in cor de. **J**do dicit p̄pheta in p̄sona conterentis. in ab scondito plorabit anima mea a facie supbi. **H**ie re. xij. **I**sto modo xp̄s assumpsit penitentē in disci pulum. **I**deo dicit ip̄e. **E**fficiamini mei discipuli scz p̄ penitentiā. **J**oh. xv. **S**cđm̄ ibi. **E**cce ascen dimus hiero solymā. que interpretat̄ pacifica. **E**c ce hic emēdādi p̄positū. peccator semp̄ ē in guer ra cū deo ipm̄ impugnando ⁊ sibi rebellādo. **S**z qm̄ cōuertif ⁊ p̄ponit nō redire ad peccata tunc ascendit in hierusalē. i. pacificā. **D**avid. **B**eatus vir cui⁹ est auxilium abs te ascensionem disposu it in corde suo in valle lachrymarum rē. quia cor dis contritio ⁊ emēdādi p̄positū nō sunt sine di uino auxilio ⁊ infusione gratie. **T**ertiuū ibi. filius hominis tradet̄ p̄ncipibus sacerdotū ⁊ scribis. **E**cce hic oris cōfessio que fienda est sacerdotib⁹. tñ nō credo hoc q̄ omēs sacerdotes habēt p̄tātē absoluendi in peccatis. licet radicaliter habēt of ficiū tñ nō habēt executionē quousq; traditur eis materia subiecta. ⁊ tunc sacerdotes sunt p̄nci pes animarū. **I**deo dicit. filius hominis. s. **A**de tradet̄ p̄ncipibus sacerdotum. **N**ota q̄ sunt due clauēs penitentie. **C**lavis potentie. ⁊ clavis sapi entie siue scientie. quas xp̄s p̄misit **P**etro dicēs **T**ibi dabo clauēs regni celozū **M**atth. xvj. **N**e cessariū est ergo sacerdotib⁹ q̄ habeāt istas cla ues. s. potentie ⁊ scientie. i. autoritatē ⁊ scientiam **I**deo qm̄ xp̄s cōmisit has clauēs apostolis dixit eis. **A**ccipite sp̄m̄ sanctū quozū remiseritis pecca ta remittunt̄ eis. ⁊ quozū retinueritis retenta sūt **J**oh. xx. **J**am ante. s. in die cene ordinauerat ip̄ sos sacerdotes. p̄ resurrectionē tradidit eis po testatem absoluendi. **Q**uartū est ibi ⁊ p̄demabūt eum morte. scz in penitētie iniunctiōe p̄ quam. s. penitentiā peccata moriunt̄ in peccatore. **E**t ista est bona mors. de qua dicit ap̄ls **C**ol. ij. **M**or tui estis. s. peccatis. ⁊ vita vestra abscondita ē cū christo. verbi grā. **S**i prudens cōfessor videt q̄ i peccatore viuit supbia. **B**icat. moriat̄ in vob su perbia ⁊ viuat in vobis humilitas. ⁊ sic de alijs. **Q**ui em̄ mortuus ē peccato iustificat⁹ est a pctō. **R**homa. vj. **Q**uintū. ⁊ tradet̄ eū gentib⁹ ad illu